



22652

Mag. St. Dr.


P



Handwritten text on a small paper tag, possibly including the number 22652.



22652





ILLUSTRISSIMUS
&
EXCELLENTISSIMUS
DOMINUS
D. STANISLAUS
de Magna *Wrzqca*
SOKOŁOWSKI
SUCCAMERARIUS *Inowladislaviensis*
Cataphractæ Cohortis S. R. M.
COLONELLUS,
ex
PALATINATU *Inowladislaviensi*
COMMISSARIUS
TRIBUNALIS Thesauri Regni
MARESCHALCUS.

Panegyryco cultu
à devinclissimo suis Honoribus & Nomini
Collegio Radomiensi Scholarum Piarum.

ADORATUS.

Anno Domini 1740.

VARSAVIÆ
Typis Sacræ Regiæ Majestatis & Reipublicæ in Collegio
Scholarum Piarum.

Hist. pol. 9568

Dat Tibi locum Tituli fortuna; *Caputq;*
Conspicuum, Pietas quò Tua tollat habet. *Ovid.*
Sedit plaudente Senatu.

Prælatum Sanctis extulit ille *Caput.* *Ennodius.*
In *Caput* hoc grandi decūbit pondere Cælū. *Theognis.*



Junguntur Titulis Tituli, Sc eptrisq; Coronæ,
Hic *Frontem* Magnam lancinat *Ensis* atrox,
Te *Caput* ostendit SOKOLOVI jura docentem,
Ingenium dignum quod *Scipione* geras.

Quis gladio facilem patitur submittere *Frontem*?
Ecce dedit ferro subdita colla *Pomian*,
In *Caput* hoc; fatum, non credas, posse venire
Quod se tutando mentis *acumen* habet.



PANEGYRICUS.

REgna Regnis si conferantur,
Majestatem omnium intra u-
nius ambitum nemo obser-
vabit: divitiæ si opibus cu-
mulentur, eandem conflatas
in massam nullus possedit: honores si ho-
noribus socientur, nihil magnificum con-
stituent; Si spectamus, quid excelsæ men-
tes pectore comprehendant generoso, *Il-
lustrissime & Excellentissime Domine, Tribu-
nalis Thesauri Regni MARESCHALCE.*
Vel exinde colligere licet virtutis Præcel-
lentiam, ¹ ad colorata mundi osten-
tamina comparatam, quod ista oculos de-
mulceant, illa Animos captivet; hæc va-
nam obtrudant speciem, illa solidam rem
æstimationi hominum obijciat: *Nempe oti-
osus honor absq; arduis Nobilium Luctatorum
sudoribus.* Latet plerumq; intra suæ can-
cellos modestiæ in commune bonum pro-
pensa pietas, nec prorumpentes valet con-
tinere radios; frequenti monstratur digi-
B to,

to, voce acclamatur illâ : *digna legi virtus
& par conscendere sedem* : Quærat occultif-
sima quæq; penetralia magnanimitas, non
tamen publico potest abstinere universonum
ora oculosq; in se convertens : *quid
miseros longo tam tempore fata laceffunt; aut
meritum titulis, tituli meritoq; negantur* : un-
de lectissimos quosq; exambiunt, alias va-
cante merito subsellia demississima.

Eò processisti in quovis gloriæ Tuæ a-
scensu *Illustrissime Domine MARESCHAL-
CE*, ubi & summis subsistere nihil dero-
gat, & medium tenentibus hæere satis est
laudabile. Non id observat in Te ratio-
nabilis, quod ^{prospectus} altiore spectari & adorari de-
buens tholo, non quod justô titulô quæ-
rere Tibi licuerat. ubi confedisti; sed quia
præsens fastigium TUA virtute reddidi-
sti magis venerandum. Locum dignio-
rem, vana multorum (quosdam attendens
proventus) taxat suspectio, quasi situ ado-
rando proficiat, & perficiatur felicitas,
non benè merendi studio : TU stallo re-
stituisti, si quandocunq; habuit, rectum
judicium, impugnabilem veritatem, sanū
consilium, sententiam salutarem, leges ho-
noratas, authoritatem commendatam, ma-
jestatem accessibilem : insuper, judicio so-
lertiam, veritati evidentiam, consilio firmi-
tatem, sententiæ claritatem, legibus obser-
vantiam, authoritati æstimationem, maje-
stati affabilitatem reddidisti. Præ-

Præponi maximis vix non communis,
honestus tamen; ad id muneris natæ, ho-
noribusq; innutritæ indoli ambitus, ma-
ximè si ostentationis æstrum, placendi ne-
cessitatem, despiciendi pares, insolentiam,
procul à se reliquit. Pulchrum est! illud
videri, ubi quis regula vitæ positus, totum
quod in se habet, diffundit bonum; jaçtan-
tia lividum certè effugiens oculum, uni-
versum ad ditandas mentes necessitate re-
ctitudinis pressas, ærarium prodigere; sive
(ut dicitur) non suæ vivere indigentia. Pro-
cul etiam ab illa recessisti quorundam,
consuetudine *apparere* præ reliquis dignū
gerendo, aptumq; consulatui; quia Supe-
rūm providentiā, Senatūs judiciō Rivaliū
placito œcumenicō inquam votō, tanquā
omnes Regni ordines ex condicō in TE
conspirassent trahebaris. Vix unquam San-
ctuarium hoc justitiæ, tantā fruebatur beati-
tudine, ut cælum referret in sanctè sentien-
tium unitate. Unus eras, cui Soli Numæ
singuli cultum exhiberent, an Numinum
Antesignano: unus eras, quod omnes in
dubijs consulerent, audirent oraculum: u-
num ad expiationes Legis suscipiendas
propitiatorium. Credo facilè quod usu
recepto super TE jaciendæ cecidissent for-
tes; mentem Eligentium rectam, prurien-
tes non traxissent in diversa studia manus,
non penna levis à dextro in sinistrum va-

Illustrissimus
Mareschal⁹
per verbum
placet Elect⁹.

Stemata Illu-
strissimi Ca-
pituli seu
Pomian.

riante fluctuaret spiramine; Divinum quod-
dam in hoc scrutinio adfuit opus, dum
unusquisq; & voce liberâ, & distinctâ præ-
ditus lingvâ, ex multis congregati Pro-
vincijs, idem loqui, auscultati. Mira-
baris nonnihil in TUI adoptione, uti in-
speratâ ita non expetitâ, raram fratrum
concordiam; cum optimè cœli decreve-
runt, ut omnia illa Reipublicæ membra,
pars quisq; Poloni Imperij ab uno TUO
dependerent *Capite*. Jam à tot sæculis da-
tum illi Jus Gladij conveniebat (hoc pro-
bat TUUM Insigne) ne ergo pro Sceptro
deesset, quod illius juris est, Virga Dire-
ctionis TIBI præcommissa.

Quantam! totius Commissorialis fre-
quentiæ, licuit auribus nostris excipere,
de TUO scipione lætitiâ, vix credes; e-
tenim non nemo sive TUÆ benevolen-
tiæ recognoscens, sive de TUA Dignita-
te, deq; magnis illi respondentibus factis,
aliquantulum edoctus, quasi non de alio
eventu plurimum ante sollicitus, gratula-
batur. Toties JLLVSTRISSIME DO-
MINE, vulgarem, sed summæ veritatis in
alijs expertus es paremiam; *necdum natum
qui placeret omnibus*. In id pleriq; diffi-
cilem, attenuati viribus vertunt contenti-
onem, in id magna vitæ conjeçant dispen-
dia, quod TV facile invenisti. Non ita
suspicerem, si alteri cuiquam præficeris mi-
niste-

nisterio, ubi nulla vel Personarū vel factorū
intervenit offensio; ageres laudanda curādo
infirma, providendo salubria, docēdo igno-
ta, complanando devia, emendando vitia-
ta, innovando obsoleta : cujus ergo sic in
TE cieres odia? & non amorem conci-
liares? Hoc totum ex TE requirit hodi-
erna moderatio; nec alia libenti studio, dul-
ciq; labore parturis in salutem Patriæ so-
lata. Illud TIBI maximè arduum, cum
amarore spiritus existimarem; jus dare ri-
gidum universis, nec audire illius queru-
los acceptatores? iniquè occupata cogere,
lege non vi repetere, nec maledicta cōjura-
torum sibi consciscere? pœnas & supplicia
justa decernere, nec vindictā corruptorum
correptorūq; sperare? catervatos supplices
excipere, nec spatium patientiæ require-
re? malam consuetudinem extirpare, nec
inferre violentiam? rebelles compescere,
nec trahere invidiam? ipsos necessarios
(si iniqua petant) perturbare, nec grati-
am sibi avertere? nihilominus tam placi-
dè & dignanter opus TUÆ magnanimi-
tatis exequeris, tanquam illi soli sui ipsi-
us judices, nihil facerent injuriæ similibus
contra se judicatis.

Meliùs TE jam inspexisti quomodo
hanc JLLUSTRISIME DOMINE obi-
res Provinciam, quàm criticus posset in-
dagare Censor, non interiorem animum.

Virtutes ad
Ministerium
requisite.

TUUM publicâ se metientem utilitate per-
currens, at per extima solùm curiosam fal-
sâ specie eludentia pupillam, divagatus ;
quandoquidem nihil facis ommissum com-
modo Reipublicæ TUÆq; æstimationi im-
primis opportunum. Manum dexteram
illi appoluiti operæ, ut si in quos aper-
tô istô forô paupertas angat, subsidium; si
luctus conturbet solatium; si exilium con-
tristet reditum; si dolus confundat antido-
tum; si gravamen premat levamentum; si
desperatio affligat spem, non subducas.
Antequam intraſti Conclave Justitiæ, vi-
am TIBI præpararunt quæ supra alios o-
ptimum Prætorem constituunt : Fides,
quod plus intelligere videris, præsentibus
occurens, futura avertens mala, bona in-
stantia custodiens, præparans secutura: &
si res in discrimen venerint, non est TUÆ
cunctationis *trans mare trans montes, terras
& inhospita saxa quærere consiliū*, quod Domi-
ita habes, ut illius adminiculo Rex se ipsum,
Patria leges, Patres sententiam, Cives for-
tunas, miles stipendia, subditi necessita-
tes TIBI facile credant.

Non divitiæ TIBI amorem conciliant;
majus præstas beneficium rationabili ca-
ptando obsequio quàm auro: non appre-
hendenda dignitas mancipat corda; plus
submissione devincis, ad vota postulan-
tium inclinatus, quàm percellenti præcel-
len-

lencia : non acer colla TIBI inflectit zelus
illiusq; metus; pacificum super omnes Re-
gnum TVA obtinet suavitas. Loqueris,
audiunt sine tumultu; deliberas, expectant
sine tædio; decernis, exequuntur sine cun-
ctatione; operaris, imitantur sine labore;
alij ad specimen ex TE sumendum recti-
tudinis, nullus ad æmulationem; alij ad
iter gloriæ sibi, TIBIQ; præparandum,
nemo ad contentionem; alii ad jus susci-
piendum, non ad patientiam reportandã,
congregati.

Conversatio TVA ILLVSTRIS-
DOMINE, quot quot sunt in Curia hac,
sive in officiis suis constituti, sive rei Do-
mesticæ studiosi, sive eruditione experien-
tiâq; spectabiles, sive alumni simplicita-
tis, omnibus lucrum facit. Vel enim fi-
unt probiores, si virtute defecerant; vel
sapientiores recedunt, si suo fallebantur
judicio; vel agent cautiores, si industriam
optimam magistræ didicerunt. Quos-
cunq; observamus TVIS inhærentes vesti-
giis, Rivales illi? Scholam invenerunt,
ubi omnia in TE prælegunt principia quã-
cunq; moderandi Provinciam: Superio-
res illi? se ipsos in TE speculo inspicien-
tes advertunt, quod aliqua fortè præclara,
sibi ad talem Præturam defuissent: Mino-
res illi? laudant necdum usurpata; miran-
tur inexpectata; lætantur de rerum succes-
sibus

Conversatio-
nis cum Illu-
strissimo emo
lumenta.

sibus; precantur tales ubiq; Magistratus gloriantur de tam celebri & svavi supra se Imperio. Enim verò rarus dictator, qui ex radice intelligat quid afflictis mærorem inijciat: lachrymas cognoscunt nō causam, vulnus palpant non dolorem. Depellis TV ita hunc morbum, ac si eodem solus laborares cum flentibus: alligas cicatricem TVA compassione; medicinam adhibes TVO pretio; unde venit interrogas? & certis assequeris indicijs, sicq; non verbis, sed certo saluberrimoq; avertis malum antidoto.

Sit quodvis fastigium accessibile; ad vota tamen tunc solito inclinatur, cum prius postulatis supplicum provocatur. Sine assentationis fuce patiaris me loqui expertum; non rogatus præstas beneficia, auxilium submittis non vocatus; vocatus autem partitum in plures onus suscipis unus. Quam enim gratiam TE crederes impertiri, si TVVM cor emolliret miseratione; *stimulus hic ubi comprimit, debitum quoddam humanitatis exigit.* Ne talis pulset TVAM mansuetudinem necessitas, prævenis orationem. Quod benevolentia daret signum? si vocales querelæ, singultus eloquentes TVAM moverent bonitatem, facilis in eorum ad condolendū Clementia; ista, communis requirit dilectio: TU quod majorem in pectore con-

tem

fervēs charitatem, ostendis, dum petenti-
um præcurris voluntatem : *Si alicujus cau-
sâ vel obsequio non ob aliud momentum vi-
deris fecisse. Melius occupare antequam ro-
gemur, quia cum homini probo ad rogandum
os contrahatur, statim rubor suffunditur; &
qui hoc tormentum remittit, multiplicat mu-
nus suum. Non tulit gratis, qui cum ro-
gasset accepit.* Vigor profulit florem, ubertas
fructum idq; totū natura operatur; aliquid
illa superius in TE sentiens, in TVA largi-
tate non obedis legi, sed animū in eo, quod
Dijs associat, exerces; vota præveniens.

Aristot: 2.
Rhet: 4.

Non modicum illis aliquid incumbit,
quibus omnium felicitas commissaq; sa-
lus; majorem quippe creduntur habere
dilectionem, quam si proprijs studerent
emolumentis. In TUO nunc JLLU-
STRISIME DOMINE pectora singulo-
rum firmantur scipione, ut pote boni com-
munis Judice, amoris universalis fulcimine.
Hic qualiter publicum ditetur ærariū TVA
solicitude; hic, qua ratione deservita mer-
ces operarium non tardetur TVA Clemen-
tia; hic, quomodo nervus belli inten-
datur insudat activitas. Si se TUUM
arcanis cum cogitationibus pāderet pectus,
quæ in Corde TVO statuisti, articulati-
legeremus, Te non jam benè velle agere,
sed TE ipso, viribusq; illis, quibus salus
TVA, lucrumq; TVVM nititur benefa-
D cere

Seneca de
Beneficijs.

cere in rem Reipublicæ decrevisti. Seneca illud, crebrò multos edoces profusione
TVA: *Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit, quod quis ægrè dimittere visus est, & sic tanquam sibi eriperet. Nil moræ interveniat evitandum est ne deliberâsse videamur: proximus à negante est, qui dubitavit; nullamq; inijt gratiam. Non postremum justitiæ TVÆ in eo est signum, ubi censes non solum decorum esse conferre ex liberalitate indebita; sed legitimum, quàm primùm iusta reddere, precibus non extorquenda. Imo iniquum, ducis, ut prius manum exosculetur verecunda exoptulatio, antequam suum recipiat promeritum; Veram prædam & non stipendium iudicas, blandô emunctum studiô, sive adulatione studiosâ pignus laborum vindicatum. Ita cum non expectant apud TE promissa diem, aut bonam stellam, vindex es mercedis emeritæ; ne nihil egisse, dedisseq; videaris cum præmia distuleris. Sentis hoc in animis egentium, quod uti grave supplicium est, rejecta poena in crastinum, sic & satisfactio. Vitæ equidem brevis prorogatio, illis suavis amica q; qui non sperant meliorem. Non itē hic: exiguum sit præsens donum, multo tamen dulcius amara quia futura magnæ spei sponsione. Tristis sub velamine pollicitationis auri radius; minutum illius ante oculos, maximum solatiū.*

Nestor.

TV-

Tuum est, in ista honoris ac distributi-
væ Justitiæ statione, ne quispiam de inju-
riata queratur portione; ne amplius de pa-
ne ab ore famenti violenter erepto infi-
mulet. Exultat Polonus Eques Victor,
quod ille meritum cognoscit Stipendiari-
orum, qui se pari non subtraxit labori;
quinimo signa ferens docuit *primas inire
manum postremus ponere martem*: non de-
sperat victus, qui solum vitæ spoliū cir-
ca hostium exuvias asportavit; ab Illo
non minorem recepturus mercedem Pole-
marcho, qui *quamvis esses victus desistere
ferro non poteras*: Non metuit sua damna
pedester miles, relictus post alios ad tri-
umphum; hic sibi olim prærepta reddetur
præda, abstergetur sudor, fracta salus re-
stabilietur, vulnera sanabuntur. A quo in
acie recesserat, suum hic quoq̄; nullo ca-
ballo vectus emolumentum assequitur. Non
deerit præmium pretiumq̄; labori Præfe-
ctis militiæ; multò magis gloriantur Te jus
cuiq̄; suum tribuere, qui absq̄; lite distri-
buiisti parta victoribus. Quisq̄; sibi polli-
cetur, non quàm multum promittit suæ
generositati plaudens adulatio, sed quan-
tùm æquus rerum taxabis, pro qualitate
dextrè gestorum Ponderator.

Quid jam scelera in Te Judice timere
debeant satis præsentunt, zelum corrip-
endi, vim ulciscendi, potestatem damnan-

di, rigorem non remittendi, spem nul-
lam absolvendi: cum tamen lateat peccan-
di licentiam, quòd vindictæ socias discreti-
onem: fervori admisceas lenitatem; Po-
tentiam refrænes svavitate; severitatem
contineas Charitate; desperationem aver-
tas miseratione. Palàm est, quod non ali-
ter punire, quàm ad mentem legis & li-
bram judicij, statuisti; scilicet ut mulctan-
di, benevolentia TUA ultro convicti,
non timore emendent; vel ut illorum pœ-
na cæteros reddat meliores, vel ut subla-
tis malis, reliqui vivant securiores. Ean-
dem viam ingrederis delinquentes justiti-
ando, quàm emeritos præmiando; istis ne
nimia profusione, & gratiæ superabun-
dantiâ, (tanquam furculus pinguedine
delinitus) insolescant, quantum opus est
(nisi ad majorem fructum largitate profi-
ciant,) tantum admoves manum benefi-
cam; illis ne implacabili deiiciantur au-
steritate, vel certè magis protervi reddan-
tur supplicio, discretionem Justitiæ accom-
modas. Majora dicam, plus elegisti cu-
rare, ut bonus quis frugiq; efficiatur, sa-
lute sibi condonatâ, quàm ut in sua pereat
malitia; tunc tantum recti conscius, cum
illum è vivis cogeret excedere pœniten-
tia. *Sola plerumq; mors correctos reddit non
pœna; multi tunc se ad modestiam composu-
ère, tunc dolebant se peccasse cum flagella-*
ren-

rentur. ^{bi} Sub vicibus humiles compuncti, al-
ligatis plagis, dissolutissimi: altâ diu non hæ-
sit mente cicatrix. Talem correctionem
adhibes Judicium gratiosissime; ut & Justi-
tiæ offeras laudis sacrificium, & nocentes
cognoscant se deliquisse, & castigati sata-
gant vivere cautiores; verbô: ut damnatio
ad pœnam sit Parens sanctitatis.

Ad hunc virtutis ascensum præierunt
TIBI ILLUSTRISIME DOMINE
MARESCHALCE Majores TUI in Cu-
iaviensi & Lanciensi Palatinatibus, jam
Sanguine, jam Purpurâ, jam Sagô, jam
Togâ ab ævo immemorabili notissimi Ale-
xander cum sua Consorte *Lesinowna* Ca-
stellanus Dobrinensis; **NICOLAUS** Ejus
Filius Palatinus Lanciensi cum Socia
vitæ **STRASZKOWSKA** (Domus feri. Okolski tit.
Pomian.) **NI-**
COLAUS ille suscepit Filios **JOANNEM**
JAROSLAUM Capitaneum Kolensem; qui
habuit tres Filios **CHRISTOPHORUM** Bo-
nis & mobilibus auctum Capitaneum Rogo-
znensem, **JOANNEM** qui cum *Trzebucho-*
wska reliquit. **MICHAELEM JAROSLA-**
UM, CHRISTOPHORUM, STANI-
SLAUM qui etiam fuit Capitaneus Rogo-
znensis in Prussia, sicut Christophorus in
Majori Polonia, **ALBERTUS** tertius Fi-
lius **NICOLAI** Dapifer Brestensis, **NICO-**
E LAUS

LAUS quartus Filius Tribunus Krusvicen-
sis, cui in Filiis maxime benedixit Domi-
nus, nam cum Hedvigi TRZEBUCHO-
WSKA reliquit STANISLAUM, AL-
BERTUM, JOANNEM, HIERONI-
MUM, NICOLAUM, CHRISTOPHO-
RUM, GABRIELEM, singularis expectati-
onis in Republica Viros, qui generosis actibus
plurimum Patriæ proficere curabant. Filia
autem ejusdem NICOLAI Tribuni erant
RUSKOWSCH, Judicis Brestensis Consors;
KIELCZEWSKA, PSTROKONSKA
Castellani Konariensis SWIENTOSŁA-
WSKA Conjuges; & aliæ duæ Virgines,
demortuæ. STANISLAUS Filius NICO-
LAI ex Nicolao qui una cum Prædecessori-
bus hęc notatis, Familiam Suam adnotabant
de Wrzga, eximia probitatis Vir cum BRU-
DZOWSKA armorum Grzymała, reliquit
Filios JOANNEM & CHRISTOPHO-
RUM. Aliqui post divisionem honorum cum
Fratribus & acquisitione aliorum, a diver-
sis locis Familiam denominabant de Wawrzy-
mowo, de Besiekiery & alijs de locis, sed una
eademq; est Domus & Familia. MICHAEL
SOKOŁOWSKI Castellanus Gostinensis
Brestensis & Rogoznensis Capitaneus ex
SZCZAWINSKA habuit STANISLA-
UM, qui acquisita à Parente bona dimisit.
Ejus Filia ZOPHIA erat Consors JACO-
BI SZCZAWINSKI Palatini Brestensis,
MA-

MATHIAS SOKOŁOWSKI Capitaneus Radziejoviensis, in Brestensi Palatinatu in Cujavia. STANISLAUS SOKOŁOWSKI Surrogator Posnaniensis Electionem Vladislai quarti subscripsit ex Posnaniensi Palatinatu. ALEXANDER SOKOŁOWSKI Episcopus Kijoviensis, Abbas Calvi Montis S. Crucis, literis, prudentiâ, Consiliô atq; Fidei Sacræ propagatione cis & trans Boristhenem pientissimus zelator. Qui post ampliatam Religionem & in formam reductam Diacesim, atq; viris doctis ornatam, primùm Religiosis in Kijoviam & Faustoviam Ordinis S. Francisci de observantia introductis, post a tumultibus rebellium Cosacorum ad interstitia temporum inter expeditionem contra illos factam, ad Kumeyki & Starzec propriis Militibus defendendo, oram infestam eximie mereri Patriæ, profligatione facta Nomen ut Senator & Ecclesiæ promotor eximius sibi meritô acquisivit.

Sed cum in tanta diversitate & coagmentatione Familiarum nec charta ferendæ moli, nec ingenium sit promptum enarrando, suum incidet in Caput, per rivulos ad fontem deveniet, quisquis hic suæ procedentiæ initia quæsierit. Proxima istis sæculis a Tuo Abavo Castellano Bidgostiensis Capitaneo Dyboviensi recito. Principium certè ab Jove faustissimum; quia ille ad Sanctorum Aras erigendas se totum dedit, cum in Podgorze

ad Thorunium Patribus Reformatis, Ordinis S. Francisci, habitationem Religiosæ illorum Paupertati consuetam, Ecclesiam maximo inhabitatore Deo dignam, extruxit. Exornasset adhuc lapidibus Sacram molem pretiosis, margaritis, marmoribus superinduisset; sed certior redditus, quod Nobilius Tabernaculum ex vivis & electis lapidibus præpararetur: expertus nonnunquam sæcularem pompam, magis oculos & corda avertere, quam convertere ad Dominum: contritis corde & humiliatis Vineam locavit Agriculis, ut fortia & summa mundi confunderet. Et licet quæ pacis sunt manum apposuit, plurimos nihilominus Ecclesiæ & Patriæ defensores ære proprio authoravit. Si enim à lustris viginti numeramus, illic Militiæ *Francisci* deditos, Vexilla Magni Peditatûs recensebimus.

Pro Parente Suo, militandi Patriæ,
STANISLAUS Vexillifer Inovladislav:
ProAvus Tuus suscepit Provinciam, *creber utraque manu pulsans versansq;* *Dareta*,
Adscitus itaque Equestri Ordini, Nobilitati Sui Palatinatûs prætulit Signa. Quisquis illius animi inspexit fortitudinem, posse tenere Clavum probavit: ad cuius nutum citra tantam dexteritatem hostes procumberent, victoriæ sternerentur. *Ivisset ad Togam sed bellicos Papiliones*
Pacis

Pacis Conclavi prætulit, tumultus
Martiales quieti prælegit consulari, ubi
tunc majus reperit lucrum Patriæ in hostium
ac palmarum mercimonio, quàm Consili-
orum negotiatione. Ex *BARTOCHO-*
WSKA Venatoride Siradiensi Conjuge
Sua munus quoddam Deorum cum Prole
accepit. Liquidò patet non exiguum
pignus Sibi datum in *BONAVENTU-*
RA Dapifero Brestensi Cujaviæ.

Pro theatro gloriæ J. sti Athletæ, satis
fuerat domesticis virtus exercita in limi-
nibus. Quoddam sibi hic confecit Alvea-
re, ad quod pennatis Nobiliores convo-
labant apes, succum eruditæ svavitatis
collecturæ. Nemo non mel invenit, quo
amaritudinem sui animi dulcoraret. Cel-
las hic tot reperisses quot ædiculas, alias
Sanctæ contemplationi, alias religiosi Pau-
peribus excipiendis, alias terrigenis con-
ciliandis; alias litibus amicorum com-
ponendis; alias Filiis pupillisq; in pieta-
te nutriendis dedicatas. Omnia inibi
optimo digna Viro usurpasses. Inter ra-
ra Domûs Suxæ monilia intrasset ocu-
los altera Lavinia ex *TRZEBUCHOWSKI*
IS, illius Sponsa, Cui quotquot favebant
Charites, constantis, fortis, prudentis, ac-
ceptæ, mulieris Sociæ, omnes prototy-
pon hoc, in suum transtulit vultum.

Ille est *ADALBERTUS* Judex Terrestris

Brestensis Cujaviensis Parens TUUS. Non fuerat illi Titulus iste par ad meritum, ita nec respondens ad præmium. Majora intendebat grata Reipublicæ satisfactio. Jam purpuratus aperiebatur campus; nihil pro dignitate accidisset plausibilius, quàm talis Magistratus: locum accepisset inter Patres, legem sanxisset cum conditoribus; nihil est in tam sublimi gradu contemnendum. In subsellio etiam minori nonne considerandum? quod omnes stantes, jus sacrosanctum audire dicentem debuerant, ille solus ferre sedens: Adstantes ori silentium imponere, ille unus loqui pro Tribunali: arbitri in metu, quidnam sententia exequendum imposuerit, consistere, ille securè quidquid æquitas requirebat, absq; hæsitatione detonare, absq; perturbatione decernere. Ad hæc dum Principes æquitate; reos justitiâ, Cives rectitudine, traxit; Dictatorem soliõ honorandum; Consulem scientiâ apprehendendum, Sodalem ipsâ probitate tantum devinciendum revereri cogebantur. Nec mirum tantæ auctoritatis fuisse Parentem TUUM cum palam fuisset nihil ab eo dici, quod illibatus animi candor, boni publici amor prius dicendum non instillasset. Acceptus erat in ferenda Sententia, quia nihil accepit Judex incorruptus, eo semper collimans quo veritas, Con-

Conscientia trahebat, non favor. Publicas functiones alias suo in Territorio; alias in facie Regni non aliter exegit; quàm Patri in emolumentum Filiorum Nato, Civi in salutem Reipublicæ propenso, Militi ad defensionem fortunarum, juriumq; Libertatis parato, conveniebat. Superùm voto, Suo delectu rivalem thori obtinuit ex *MALCZEWSCIORUM* Familia omnibus naturæ & gratiæ Charismatis decorem Olympiam, Domus Suæ præsidium, rei familiaris pretium, omnigenæ exemplar probitatis, alteram Animam Suam; qua exterior vita subsisteret. Videre illam Matrem illumq; Patrem si quis desideras? sequitur singulos; Atavorum Genitorum inhærens vestigijs *ILLUSTRISSIMUS & EXCELLENTISSIMUS MARESCHALCUS*.

Enim verò non arbitror satis me dixisse de Te *Illustrissime Domine MARESCHALCE*, quia illa tantum in tabulam proposui, quæ recens jecisti in hodierno Ministerio ad mensam Judicij lineamenta; quæ autem ad perficiendam hanc Orbis Lechici faciem ante præparasti, restant velamine subducto demonstranda. Ad prima ævi puerilis studia non descendo, ardor præfervidus, Ingenium præcox, Magister usus plura Te docuerunt. Post tri-

Merita Illustr. Mareschalci.

nes, cum Illustrissimo Prebendowski Supremo Regni Thesaurario. Luczbariensis, Sanctocrucensis, Varfaviensis expeditiones bellicæ, non ita spectatorem Te habuerunt; non titubantem Neoptoleum, sed Luctatorem imperterritum, victoriarum Paranympum. Vidisse tantum oppositas acies, aliquos incessit cupido, ut si levis sit labor & mors bella gerendo, has facile quærant delicias; TIBI voluptas quamcumque subire sortem, etiam durissimam.

Cataphractæ
militiæ dat
opellian

Valebat tunc ducere cohortes explorata jam Tua Magnanimitas, cum tamen (quæ potuisses audere, quibus potiri triumphis per triennium probata virtute) exhibuisses, cataphractæ cohorti Serenissimi Regij Principis Electoris Saxoniae Te addixisti. In partes eò temporis scissa Republica, multorum studia dividebat. Quisque non degener à Matre sua Filius, in uno cupiebat vivere corpore, & sub uno Capite; quid verò aggrediendum fuisset? quæ sequenda in bivio conditio? nullibi inventa deterior, ubiq; certum gloriæ pignus sperabatur. Domi latere plerique decreverunt, neque ibi pacem invenerunt, nec fecerunt. Ivisti Illustrissime Domine, quò spes salutis publicæ, non ira vocabat. Ad pugnam Calissensem descendisti, quò & officio Tuo non decises, & felicitati. Vix solitâ dexteritate implevisti cuneos,

ad

ad Tuam aciem Triumphos pertraxisti. Arripere ne gladium in Tuos, prius anceps hærebas; in seipsum citius persuasisset, quàm in cognatas phalanges efferre manum, stimulus amoris, ut sic pro omnibus honorificè animam posuisses. In lancem, quâ parte stetisti, alea victoriæ inclinavit; quantum dolebas, si quos vidisti ex Fratibus cecidisse, magnam Regni partem sepultam ingemuisti. *Certum est nullam Regnorum felicitatem constitisse, nisi tales occuhissent, uti Codrus pro Atheniensi, Curtius pro Romana, Koreccius pro Polona servanda Libertate, Vitâ Civium salus emitur publica.* Tot prostrati vertices, ut adorarent Caput AUGUSTUM.

Post excessum istius Principis longo post illa disturbia intervallo, quem pace fruentem in pede fata læserunt, ne fortè tam *Secundus REX* citò è vivis properaret, AUGUSTO III. Secundi Filio, feliciter Regnanti, in magna Electorum Corona ad Tarnavienses montes astitisti. Ante hac jam comes eidem fueras sub Serenissimis militans vexillis; jam qui pompam & Aulam compleres Regiam, è Cataphractorum gremio expositus, Amorem Domini, Cor Regis, gratiam Ducis, Animum Principis in Te traxisti. Non longè ab illo Vultu spectari debueras, laborum Comes, tantæ gloriæ Artifex. Spe-

Pro Residente Sereniss. Aug. III. ab Exercitu delegatus.

culum ob oculos Te Futuræ gratitudinis
habere voluit; necdum tamen capax Vir-
tutis Tuæ mentem illius subintravit digni-
tas, cum adhuc de præmiò est sollicitus.
Omni autem spoliò solioq; felicius Tibi
existimas, Cor Regis omnis sedem Boni,
stipendiaq; Præfecturæ, quo fidelis sem-
per, cum Regni Supremo Thesaurario
Czapski Tuo Colonello miles in oculis
Domini appareas, demereri.

Vnde est, quod nec quærebas, nec que-
rebaris de præmijs; contentus titulis cum
Conthorali TVA Domus PONEŦOVI-
ANÆ Pupilla, quos in vinculo Matrimo-
niali ex maximarum nexu Familiarum ac-
cepisti. Pupillam Consortem TVAM le-
ctissimam dixi, ut enim in hanc, quæ vix
parvo æquatur punctio, desuper lustratus
facile concluderetur Orbis, ita in illius do-
mesticam sphæram signatissimorum No-
minum, magnæ confluxerunt periodi. Est
& alius TIBI proprius ad id Circus, ubi
digna gessisti Orbe, gerisque. JUDEX
Castrensis Bresten: Cujaviæ, hoc solo in-
ferior Pro-Avis, Avis, Sangvineq; junctis
videris, quia illi TE tempore præcesserunt;
eadem verò erga Patriam Fidelitas, idem
Libertatis Zelus, eadem legum custodia
TE recommendant. DAPIFER Bidgosten:
VEXILLIFER Krusvicen: ex post Inovla-
dislavien: singula in Patrio solo obijsti mu-
nia;

Quibus gra-
dibus, ad id
muneris, ve-
nit.

nia; per saltus nullum occupare Honoris gradum voluisti; in quovis passu, actu, progressu maturæ perfectionis Vir & perfectionis. Contigit in particularibus illarū Provinciarum Conventibus, quædam animorum disunio, stetisti medius, tum intra se explorando, si TE non falleret aliqua morum propensio; tum Socios inter investigando, utilitatem ne spectarent Patriæ, an suum negotium? intenderent ne placita Provinciæ, an solum pertinax veto? plurisne facerent universale commodum, quam partiale obsequium? meliusne perpenderent necessitatem, quam gratiam? exigentiam laudabilem, quam turpem assentationem? nec TE Personis, tempori subiecisti nec dubio eventui, quo præponderabat suis momētis Zelus affectat⁹.

SUCCAMERARIUS Inovladislavien: nō expectabas majorem hac, Fortunæ *Clavem*: sufficit testis ista, quantus sis! in æstimatione populorum Thesaurus. Dividis etiam hodie Patrium agellum sollicitus ne vel uno sulco incolas inter vicina determinetur Charitas. Commensuras passib⁹ juggera, à scopulo ad scopulum ita progrediens, ne, sive res sit interaffinem & longinquum, inter amicum & alienum, subultorio gressu TUIS aliquid adjecisse videaris. Tendis per reflexa campestria, per saltus difficiles, dumeta inaccessa, paludes

G2

imper-

impervias, funiculum, non aliter ducens
lineam, nisi ut ad punctum collimet æqui-
tatis. Plerumq; inter meum & Tuum in
granitiali Judicio per æmulos intercessit
frigidum verbum: laborantes avaritiâ ter-
ræ cum protelatione Iustitiæ stabant im-
moti, inflexibiles, obstinati; cum tamen
semper tractabilis, affabilis esses, maluisti
tunc inhumanus apparere, non tamen vi-
olentus, quàm in leges Sanguine Majorum
partas facilitate, aut favore dispensandi
perturbandas; in jura, quibus tanquam a-
damantinis cardinibus Societas optima ni-
titur, arbitrio suo explicanda, in fidem,
cui integritas Honoris famæq; incumbit,
voto Sacramentoq; exvinculandam pecca-
tum consciscere. NUNTIVS ad Genera-
lia Regni Comitia quate^r renuntiatus, non
infectum quidquam Fratibus in Domum
retulisti: pro Authoritate, utilitate TUÆ
Provinciae Orator, legum omissarum vel
corruptarum Vindicator, practicatorum a-
busuum Domitor ardentissimus. Procul re-
legasti verborum apparatus, rerum argumē-
to & pondere instructus; flores junioribus
reliquisti, maturum fructum solidarum ra-
tionum Patribus attulisti. Gratia oris TVI
non ex eo laudem obtinuit, quòd stylo po-
lito ad leniendas audientium mentes pe-
rorasti, sed quia rerum evidentiâ, quo fa-
cto opus sit docuisti. Zelum in eloquiò,
affe-

affectum in pectore, Cor in lingua, habuisti, quo in Regem, Rempublicam, Concives; in Orbis TVI splendorem, Legum tutamen, armorum potentiam, Libertatis redintegrationē, tenebaris. Ad Tribunal Theauri Regni toties electus, quod *signis*; Zodiacus fulget astrifer, unō exceptō: ut liquidò pateat imò totò cœlō; quod singulas horas, dies, Menses laboriosissimos, in hac Dictatura pro Annis meritorum suscipiat Respublica. Ad Bona LESNO cum electis ex unoquoq; Regni Ordine, ac certis Palatinatibus Commissionem suscipisti; omnino illi Actui TE conveniebat adfuisse, qui aliàs in tot publicis functionibus, votum non irritum, Consilium non improbabile, securitatem non impugnabilem, gloriam non effluentem, maturō judiciō, deliberatione providā, solerti perspectione, famā perenni, adjecisti.

Tandem in eo portu, quo consistis JL-
LVSTRISME & EXCELLENTISSE
MARESCHALCE tot decumanis fluctibus superatis, quisquis videt illa indefessa studia, ætatem TVAM iam aliquantulæ quieti permittendam, nec tamen à primis fervoribus remittentem: qui spectat vires in tot arduis necdum attritas luctis, quinimo magis ac magis in annos bono Sarmatici Orbis invalescentes, ecquid non occinet illud celeusma?

H

Non

*Non terit in cassum tempus, non dissipat horas,
Non in somnifero, claras torpore lucernas
Noctibus in medijs urit: sed lustra dierum
Insunit studijs trutinandi dogmata legum.
Illene discernit causas Lacedemon Ephorus?
Divinum Sacrumq; piâ quâd mente revolvens
Omnes sollicitus rerum cognoscere casus.*

Non fallor assentatione, videns propatu-
lò, quod in Animum TVUM induxeris,
jam cum Prædecessorum TVORVM, tum
quos vita superstes alit, nexu sangvinis cõ-
iunctorum, in TE Virtutis specimina exhibere:
Imprimisq; *Illustrissimorũ* TRZEBV-
CHOWSCIORVM Succamerarij, Capita-
nei, Palatini, Brestësiũ: Vexilliferi Inovlad:
probegesta, ut Avia TVA in illis vivens,
etiã in TE suam Animam bonam fortita vi-
deatur: SZCZAVINSCIORUM itidem
maxima præfers decora *JLLUSTRISSI-
MI* Palatini Inovladislaviensis, Succame-
rarij Gostinensis ab alterius Avia splendori-
bus profusa: vix spectatam sub sole simi-
lem offers Probitatem UMINSCIORVM
Krzywiniensis, Słonscensis, CASTELLANO-
RUM ex Sorore Avi TVI descendentium:
Felicitem Sagò & togâ notam reddis
IABLONOWSCIORUM ex Matertera
TVA SOKOŁOWSKA derivatam: ve-
rissimam Jmaginem MALCZEWSCIO-
RVM gloriae Illustr: Judicis, Subjudicis
Terrestris Brestensis, utpote exemplari Ma-
tris TVÆ conformatam repræsentas: præ-
clara efficis merita Illustr: PONEȚOSCI-
ORUM

ORVM; quæ in Castellano Inovladislavi-
ensi, Fratreq; ejus Succamerario ejusdem
Territorij suspexisti: Hic simul illapsa men-
ti TVÆ Illustr: KRETKOWSCIORVM
Palatini Bresten: Cujaviæ, Castellani Cul-
mensis; atq; Kowaliensis; Capitanei loci
ejusdem, ex eodem fonte PONEŦO-
WSCIORVM destillans Magnanimitas: à
Sororibus TVIS, connubio junctis Cel-
sissimo Duci DOLSCIO, SZELSCIO Ju-
dici Malboriensi, DOBRSCIO Vexilli-
fero Bidgostiensis, magna Honoris in TE
descendit plenitudo: Quam diffundit Il-
lustr: GLEMBOCCIORVM Palatini Ra-
vensis, Castellani Krusvicensis, Succame-
rarij Brestensis Fratrueillum Majestas: Ad
æmulam traxit TE Virtutis Societatem pro-
xima WOLSCIORVM Succemerarij Ino-
vladislavien: Venatoris Bresten: Venato-
ris Kovaliensis Affinitas: accendit in TE,
quicumq; est in Sangvine NARZYMSCI-
ORVM signanter Illustr: Palatini Pome-
ranæ in Aras, forumq; Zelus, non segnes
communis boni fervores; totq; aliarum
Colligatarum Domorum obruens ingenij
aciem cum NISZCZYCCIORVM clari-
tudine splendor, tanta TE circumfundit
luce, non tantum quod illa capiatis, sed e-
tiam in TE universam collectam accipias.
Scilicet omnes præoccupasti vias, quibus
novum inexpectatum, insuetum, non at-

tentatum quid, tot Competitores avidi fatagerent. Illa est! Semita Honoris TVI, quam licet multi protriverunt, adhuc æmulatione abducentur, ut similibus TVI passibus insistant. Illud est vitæ TVÆ iter, quod non plantis, non palmis emensus es, sed meritis. Illa est! gloriæ meta, quam alius non tanget, nisi quis comparis STANISLAO indolis, SOKOLOWSCIO ingenij in se exhibuerit documēta. Illud est! altissimæ mentis TVÆ obiectum proportionatum, cuius solus es subiectum, & Caput Capax attingendi. Inclinant ergo se ad erectum scipionem, Patriæ vota, sternuntur Civium pectora, devoti Scholarum Piarum affectus submituntur.

*Fortunam calcato levem; folioq̄, receptus
Majori, Lechicam magno Scipione salutem
In longas moderare dies, dans jura Polonis.*



CON-

CONCLUSIONES

Ex Univerſa Logica,

*Juxta Mentem D. THOMÆ Aquinatis, Ange-
lici Eccleſiæ Doctoris.*

- I. **O**bjectum Logicæ eſt ens rationis directi-
vum trium mentis operationum.
- II. Logica eſt vera Scientia.
- III. Et quidem ſimpliciter ſpeculativa.
- IV. Logica Docens & Utens eſt idem realiter habitus.
- V. Logica eſt ſimpliciter neceſſaria ad alias ſcientias in
ſtatu perfectò, acquirendas.
- VI. Ens rationis conſiſtit in entitate ficta adinſtar entis
realis.
- VII. Solus intellectus humanus poteſt facere entia ratio-
nis.
- VIII. Unde nec voluntas, nec ſenſus tam interni, quàm
externi poſſunt facere entia rationis.
- IX. DEUS T. O. M. licet cognoſcat, non tamen poteſt
facere entia rationis.
- X. Univerſalia ſunt tantùm quinque; nimirum: Genus, Spe-
cies, differentia proprium, & accidens.
- XI. Univerſale Metaphyſicum fit perfectè per abſtractio-
nem intellectus patientis, Logicum verò per actum
comparativum ſimplicem.
- XII. Non datur Univerſale Scotiſticum.
- XIII. Diſtinctio formalis ex natura rei Scotiſtica inter gra-
dus Metaphyſicos admittenda non eſt.
- XIV. Dantur præciſiones objectivæ.
- XV. Genus non ſalvatur in una ſpecie, bene vero ſpe-
cies in uno individuo.
- I. Natura Angelica inadæquatè cognita juxta modum
noſtrum imperfectum concipiendi poteſt fieri uni-
verſalis ſecundum rationem tantum.

- XVII. DEUS T. O. M. in nullo collocatur prædicamento.
XVIII. Relatio mutua terminatur ad relativum, non mutua ad absolutum.
XIX. Ex Propositionibus Contradictorijs de futuro contingenti, ante Decretum Dei, neutra est determinatè vera vel falsa.
XX. Præmissæ necessitant intellectum ad assentiendum Conclusioni.



*Defendentur publicè in Collegio Radomiensi Scholarũ Piarũ, à M.
D. Martino Telakiewicz; Præside R. P. BONIFACIO à Matre
DEI Actuali Philosophie Professore. Die Anno Domini 1740.*

...
...
e
...

